

*met. cap. 6.* sic si statuam Alexandri lapideam moveri deorsum dicamus, non eo quo statua ab externo principio per artem ab artifice sic fabricata: sed eo, quod lapis internum in se naturaliter habeat principium, ut deorsum cadat. I. à *Prudentia* non obiecto communi, quia etiam circa contingentia occupata: sed speciali, quia ars circa factibilia, Prudentia circa agibilia versatur, 2. Fine, quem illa habet effectiorem quæ transit in materiam externam, hæc actionem, quæ in agente manet, ut intelligere in intelligente *Versor. in Eth. pag 50. col. 4* III. à *Fortuna* non quod ambæ circa res instabiles & incertas versari videantur, & utæque habeant principium extrinsecum: sed quod ars ex proposito artificis finem plerumque habeat certum, fortuna vero præter operantis consilium extrinsecus fiat, ut si quis vineam fodiens thesaurum inveniat, vel domum pergens in lapidem impingat, ut claudicat. *Eustrat. d. l. pag. 238. col. 2. n. 30. Thom. lib. Ethic. lect. 3. pag. 103. col. 2. C.*

XII. III. ut si in artifice sit 1. *ex parte artis* 1. Speculetur, veluti Apelles quomodo Alexandri figuram ex materia faciat, 2. inveniat quomodo ex præscripto artis sit facienda, 3. operari faciat ipsam figuram *Donalds pag. 293.* II. *Ex parte materiae* ut illam vel transponat, vel augeat vel minuat, secundum diversitatem & indignationem operis *Acciaj. libr. 6. Eth. cap. 4. pag. 742*

§ 40

XIII Sequitur tertius Habitus PRUDENTIA 1. Non immortalis seu divina sejuncta ab omni indagazione & imperfectione, quæ Deo tribuitur & separatis mentibus, quatenus eminenti quadam providentia mundum gubernant *Piccol. grad. 5. Civil. phil. cap. 29.* Sed 2. Mortalis 1. non naturalis seu adumbrata, quæ in formicis t. *Plin. lib. 2. nat. hist. cap. 30.* in apibus t. *Aelian. l. 6. de natura animal. cap. 11.* in serpentibus illucet *Matth. 10. v. 16.* Sed 2. Humana in solis hominibus posita *Riccob. lib. 6. Eth. cap. 5. pag. 645.* non 1. spe & semine quæ in pueris est futuræ prudentiæ spem præbentibus de quibus *Arist. 6. Eth. cap. 13. U 1. pol. cap. 2.* Sed 2. Habitu non 1. illo ut prudentia pro calliditate & versutia usurpetur *Corne. Valer. in Eth. cap. 15. pag. 38.* Sed 2, illo

cap. 50

10